

dtv

Lustvoll Latein lernen? Wenn Text und Übersetzung nebeneinanderstehen und wenn die Lesestücke heiter und unterhaltsam sind, macht das Lernen gleich mehr Spaß.

In diesem Bändchen findet man Kindergeschichten, Anekdoten, Fabeln, Märchen, Sagen und Historisches aus Lateinbüchern vom siebzehnten Jahrhundert bis heute, Legenden und Lieder aus dem Mittelalter, satirische und derb-witzige Texte von Humanisten und antiken Autoren – fast die ganze Welt vom Himmel bis zum Tartarus in lateinischer Sprache, in leichten oder noch-nicht-schwierigen Texten, und parallel dazu gedruckt die deutsche Übersetzung. Kurz: ein vergnügliches und lehrreiches Lektüre-Büchlein für alle, Kinder und Erwachsene, die mit ihrem Latein am Anfang – oder am Ende sind.

Prima lectio

Erste lateinische Lesestücke

Auswahl und Übersetzung
von Franz Peter Waiblinger

Illustrationen von Frieda Wiegand

dtv

Für Florentine, Julian, Cornelius

**Ausführliche Informationen über
unsere Autoren und Bücher
www.dtv.de**



Originalausgabe/Neuübersetzung 1989
11. Auflage 2017
dtv Verlagsgesellschaft mbH & Co. KG, München
zweisprachig@dtv.de
Die Übersetzung ist urheberrechtlich geschützt.
Sämtliche, auch auszugsweise Verwertungen bleiben vorbehalten.
Umschlagkonzept: Balk & Brumshagen
Umschlagbild: Frieda Wiegand
Satz: Greiner & Reichel, Köln
Druck und Bindung: Druckerei C.H.Beck, Nördlingen
Gedruckt auf säurefreiem, chlorfrei gebleichtem Papier
Printed in Germany · ISBN 978-3-423-09262-3

- De vita liberorum · Kinderleben 6 · 7
- De mundo eiusque habitatoribus · Die Welt und ihre Bewohner 10 · 11
- Vera et ficta · Wahres und Erfundenes 20 · 21
- Facetiae · Geschichten mit Witz 36 · 37
- Minima moralia · Kleine moralische Geschichten 48 · 49
- Dicta memorabilia · Anekdoten 58 · 59
- Fabellae · Fabeln 66 · 67
- Carmina · Gedichte 74 · 75
- De dis atque heroibus · Götter- und Heldensagen 86 · 87
- De rebus Romanis · Aus der römischen Geschichte 98 · 99
- Vitae sanctorum aliaeque litterae Christianae · Legenden und andere christliche Texte 108 · 109
- Varia · Allerlei 120 · 121
- Nachwort 128
- Literaturverzeichnis 130

DE VITA LIBERORVM



Rosa floret.

Rosae mihi placent; etiam viola mihi placet.

Villa mea est parva.

Sed villa parva lepida est, itaque mihi valde placet.

Circa casam agricolae hortus satis magnus et
prata ampla sunt.

In horto ancillae sedulae laborant; ibi variae
sunt plantae.

In pratis parvi agni ambulant.

E fenestris casae magnam silvam spectamus.

In silva umbrosae viae sunt et amoeni rivi.

Aqua rivorum pura et frigida est.

Servus aquam e rivo apportat et hortum irrigat.

Nunc hiems aspera est. Neque in horto flores
varii sunt neque in agris segetes laetae. Non
lusciniae cantant, sed atrae cornices rauca voce
in abietibus silvae clamant. Fames dura miseros
passeres vexat.

KINDERLEBEN

DIE ROSE

Die Rose blüht.
Rosen gefallen mir; auch das Veilchen gefällt mir.
Mein Landhaus ist klein.
Aber das kleine Landhaus ist hübsch, darum gefällt
es mir sehr.

AUF DEM LAND

Rings um das Bauernhaus liegen ein ziemlich großer Garten
und weite Wiesen.
Im Garten arbeiten fleißige Mägde; dort gibt es allerlei
Pflanzen.
Auf den Wiesen tummeln sich kleine Lämmer.
Aus den Fenstern des Hauses sehen wir einen großen Wald.
Im Wald gibt es schattige Wege und liebliche Bäche.
Das Wasser der Bäche ist sauber und kalt.
Ein Sklave holt Wasser aus dem Bach und gießt den Garten.

WINTER

Jetzt herrscht rauer Winter. Es gibt weder bunte Blumen
im Garten noch üppige Saaten auf den Feldern. Nicht
Nachtigallen singen, sondern schwarze Krähen schreien
mit heiserer Stimme auf den Tannen des Waldes. Harte
Hungersnot quält die armen Sperlinge.

Hiems etiam homines vexat. Viri, mulieres, liberi, senes morbis laborant. Hiemis calamitates magnae sunt. Sed pueri hiemem laudant et laeti sunt. Magnae hieme voluptates puerorum et puellarum sunt.

Estis, pueri, filii parentum vestrorum; sorores vestrae sunt filiae parentum. Estis fratres sororum vestrarum et fratum vestrorum. Filios cum filiabus nominamus liberos parentum. Parentes vestri sunt pater et mater; mater est uxor patris, pater est vir matris vestrae. Parentes parentum vestrorum sunt avus et avia; estis, pueri, nepotes avi. Pater matris vestrae est sacer patris vestri. Semper consanguineos vestros amate !

Die natali meo cum sorore ad avum invitatus eram. Ante cenam a nona hora usque ad duodecimam in avi horto maximo ambulavimus. Plurimi flores, velut rosae et lilia, hortum ornabant, quatuor statuae marmoreae inter altas arbores locatae erant, aqua fontis clari murmurans de saxo manabat ut arcus argenteus. Post ambulationem in pulchro conclavi domus ampliae cenavimus; optimi cibi, poma dulcissima multaeque res bonae nobis ministrabantur. Post cenam ego iocosos versus poetae cuiusdam pronuntiavi, soror mea carmina suavia ad sonum chordarum cantavit. His rebus omnes convivae valde delectati sunt. Brevi tempore dies natalis sororis meae erit; tum rursus ab avo invitabimus.

Der Winter setzt auch den Menschen zu. Männer und Frauen, Kinder und alte Leute leiden an Krankheiten. Die Schäden, die der Winter anrichtet, sind groß. Aber die Kinder loben den Winter und sind fröhlich. Im Winter haben Buben und Mädchen großes Vergnügen.

FAMILIENBANDE

Ihr Buben seid die Söhne eurer Eltern; eure Schwestern sind die Töchter eurer Eltern. Ihr seid die Brüder eurer Schwestern und eurer Brüder. Die Söhne nennen wir zusammen mit den Töchtern die Kinder der Eltern. Vater und Mutter sind eure Eltern; die Mutter ist die Frau des Vaters, der Vater ist der Ehemann eurer Mutter. Großvater und Großmutter sind die Eltern eurer Eltern; ihr Buben seid die Enkel des Großvaters. Der Vater eurer Mutter ist der Schwiegervater eures Vaters. Liebt immer eure Verwandten !

DER GEBURTSTAG

An meinem Geburtstag war ich mit meiner Schwester bei meinem Großvater eingeladen. Vor dem Abendessen gingen wir von drei bis sechs Uhr in dem riesengroßen Garten des Großvaters spazieren. Sehr viele Blumen, wie zum Beispiel Rosen und Lilien, schmückten den Garten, vier Marmorstatuen standen zwischen den hohen Bäumen, und das Wasser einer klaren Quelle floss murmelnd von einem Felsen herab wie ein silberner Bogen. Nach dem Spaziergang aßen wir in einem schönen Zimmer des geräumigen Hauses; man reichte uns sehr gute Speisen, ganz süßes Obst und viele gute Sachen. Nach dem Essen trug ich scherzhafte Verse eines Dichters vor, meine Schwester sang liebliche Lieder zum Klang der Saiten. Das machte allen Gästen viel Vergnügen. Bald wird der Geburtstag meiner Schwester sein; dann wird uns der Großvater wieder einladen.

DE MUNDI EIVSQUE HABITATORIBVS

Caelum habet ignem, stellas. Nubes pendent in aere. Aves volant sub nubibus. Pisces natant in aqua. Terra habet montes, silvas, campos, animalia, homines. Ita sunt plena habitatoribus suis quattuor elementa, mundi maxima corpora.


Comenius

Caelo adscribimus stellas, solem et lunam. Stellarum tria genera sunt. Primum earum, quae eundem semper inter ceteras locum obtinent aequaliterque omni tempore ab iis distant, quas fixas vocant. Credibile est fixam quamque stellam esse soli nostro similem et circum eam moveri corpora, quae illius lumine ac fotu et illustrentur et calefiant. Illarum numerus definiri nequit. Candidus ille circulus, quem galaxiam a lacteo colore appellamus, stellis fixis constat.

Ex alio genere stellae sunt eae, quas cometas vocant. Communem illae quidem cum stellis fixis habent motum eum, quo ab oriente versus occidentem ferri videntur, sed alium praeterea proprium, ad modum legemque planetarum.

Tertium stellarum genus, quae ab occidente sole versus orientem moventur, neque eodem

DIE WELT UND IHRE BEWOHNER



DIE WELT

Der Himmel enthält das Feuer, die Sterne. Die Wolken schweben in der Luft. Die Vögel fliegen unter den Wolken. Die Fische schwimmen im Wasser. Die Erde hat Berge, Wälder, Felder, Tiere und Menschen. So sind die vier Elemente, die Hauptbestandteile der Welt, voll von ihren Bewohnern.

DIE HIMMELSKÖRPER

Zum Himmel rechnen wir die Sterne, die Sonne und den Mond. Es gibt drei Arten von Sternen. Zur ersten Art gehören die Sterne, die immer denselben Ort im Verhältnis zu den anderen einnehmen und stets gleich weit von ihnen entfernt sind; man nennt sie Fixsterne. Es ist anzunehmen, dass jeder Fixstern unserer Sonne ähnlich ist und dass um ihn Körper kreisen, die von seinem Licht und seiner Wärme erleuchtet und erwärmt werden. Ihre Zahl kann man nicht bestimmen. Der weiße Ring, den wir nach seiner milchigen Farbe Milchstraße nennen, besteht aus Fixsternen.

Von anderer Art sind die Sterne, die man Kometen nennt. Gemeinsam mit den Fixsternen haben sie zwar die Bahn, auf der sie sich von Osten nach Westen zu bewegen scheinen, aber sie besitzen außerdem noch eine andere Bewegung nach Art und Gesetzmäßigkeit der Planeten.

Zur dritten Art gehören die Sterne, die sich von Westen nach Osten bewegen und die man nie an derselben Stelle

semper loco conspiciuntur, unde planetae, hoc est errantes appellantur, et praeter terram sex sunt, Luna, Mercurius, Venus, Mars, Jupiter, Saturnus. Sunt autem omnes opacae et luce carent sua.

Luna noctu lucet et eam lucem, quam a sole accipit, mittit in terram. Varias ipsa mutationes lucis habet: modo enim curvata est in cornua, modo aequa portione divisa, modo toto orbe lucet, quod plenilunium vocant, modo nobis prorsus non lucet, quod interlunium dicunt. Illa tum interposita inter solem terramque radios solis et lumen obscurat, tum ipsa incidens in umbram terrae, cum est e regione solis, interpositu terrae repente deficit, quod lunae eclipsis sive defectus appellatur.

Sol astrorum obtinet principatum. Igneus est, omnes planetas clarissima luce collustrat et efficit, ut omnia florent et in suo quaeque genere pubescant. Non tepefacit solum, sed etiam saepe comburit. In compage media planetica ita collocatus est, ut ipse circa axem rotetur suum, planetae autem omnes circa ipsum orbitis moveantur, hoc ordine, ut proximum a sole locum Mercurius teneat, alterum Venus, tertium terra cum luna, quartum Mars, quintum Jupiter cum quattuor satellitibus vel lunis, sextum Saturnus cum quinque satellitibus, cinctus praeterea anulo quodam.

Adamus, primus homo, sexta die creationis a deo, ad imaginem dei, e glæba terræ, & Heva, prima mulier e costa viri, formati sunt. Hi, a diabolo, sub specie serpentis, seducti, cum comedenter de fructu arboris vetitæ, ad miseriam & mortem, cum omni posteritate sua, damnati & e paradiſo eiecti sunt.

Comenius

erblickt, weswegen sie Planeten, das heißt Wandelsterne, genannt werden; außer der Erde sind es sechs: Mond, Merkur, Venus, Mars, Jupiter und Saturn. Sie sind alle dunkel und besitzen kein eigenes Licht.

Der Mond leuchtet in der Nacht und sendet das Licht, das er von der Sonne erhält, auf die Erde. Sein Schein verändert sich sehr: Bald ist er hornförmig gekrümmmt, bald halbiert, bald leuchtet er in vollem Kreis, was man Vollmond nennt, bald leuchtet er uns überhaupt nicht, was man Neumond nennt. Bald verdunkelt er, wenn er zwischen Sonne und Erde steht, die Strahlen und das Licht der Sonne, bald tritt er selbst in den Erdschatten, wenn er der Sonne gerade gegenüber steht, und verfinstert sich plötzlich aufgrund des Dazwischentretns der Erde, was man Mondfinsternis nennt.

Die Sonne hat den höchsten Rang unter den Sternen. Sie ist aus Feuer, erleuchtet alle Planeten mit hellstem Licht und bewirkt, dass alles blüht und in seiner Art heranreift. Sie erwärmt nicht nur, sondern verbrennt auch oft. Sie ist in der Mitte des Planetengefüges so angeordnet, dass sie sich selbst um ihre eigene Achse dreht, alle Planeten aber sich auf Kreisbahnen um sie herum bewegen, und zwar so, dass den der Sonne am nächsten liegenden Platz Merkur einnimmt, den zweiten Venus, den dritten die Erde mit dem Mond, den vierten Mars, den fünften Jupiter mit seinen vier Satelliten oder Monden, den sechsten Saturn mit seinen fünf Satelliten, außerdem von einer Art Ring umgeben.

DER MENSCH

Adam, der erste Mensch, wurde am sechsten Tag der Schöpfung von Gott nach Gottes Ebenbild aus einem Erdklumpen, und Eva, die erste Frau, aus einer Rippe des Mannes gebildet. Als diese, vom Teufel in Gestalt einer Schlange verführt, von der Frucht des verbotenen Baumes aßen, wurden sie mit all ihrer Nachkommenschaft zu Elend und Tod verdammt und aus dem Paradies verstoßen.

Homo est primum infans, deinde puer, tum adolescens, inde iuvenis, postea vir, dehinc senex, tandem silicernum.

Sic etiam in altero sexu sunt pupa, puella, virgo, mulier, vetula, anus decrepita.

Comenius

Homines facti sunt ad mutua commoda: ergo sint humani.

Sis suavis & amabilis vultu, comis & urbanus gestu ac moribus; affabilis & verax ore, candens & candidus corde. Ama, & sic amaberis: & fiet mutua amicitia, ceu turturum, concors, mansueta, & utrinque benevola.

Morosi homines sunt odiosi, torvi, illepedi, contentiosi, iracundi, crudeles ac implacabiles, (magis lupi & leones quam homines,) & inter se discordes, hinc confligunt duello. Invidia aliis male cupit & conficit se ipsam.

Comenius

Lupus, bestia fera, in silvis densis nonnullarum terrarum Europae et Asiae habitat. Magnus est et robustus. Natura timidus est; sed inopia ciborum incitatus magna est astutia et audacia. Multi agni quotannis praeda luporum avidorum sunt. Etiam equis et tauris lupi saepe periculosi sunt.

DIE SIEBEN LEBENSALTER

Der Mensch ist zuerst ein Kind, hierauf ein Knabe, dann ein Jüngling, danach ein junger Mann, später ein Mann, danach ein alter Mann und schließlich ein Greis.

So ist es auch beim anderen Geschlecht: Es gibt das kleine Mädchen, das Mädchen, die junge Frau, die Frau, die alte Frau und die altersschwache Greisin.

MENSCHENFREUNDLICHKEIT

Die Menschen sind zum Nutzen füreinander geschaffen: Darum sollen sie freundlich sein.

Sei angenehm und liebenswürdig in deiner Miene, höflich und fein in Gebärden und Sitten; freundlich und wahrhaftig in deinen Worten; rein und redlich in deinem Herzen. Liebe, und so wirst du geliebt werden: Und gegenseitige Freundschaft wird entstehen wie von Turteltauben, einträchtig, sanft und von beiden Seiten voll Wohlwollen.

Unfreundliche Menschen sind hassenswert, finster, geschmacklos, streitsüchtig, jähzornig, grausam und unversöhnlich (mehr Wölfe und Löwen als Menschen) und unter sich uneins. Daher kämpfen sie erbittert gegeneinander. Der Neid begehrst zu Unrecht anderes und verzehrt sich selbst.

DER WOLF

Der Wolf, ein wildes Tier, haust in dichten Wäldern einiger Länder Europas und Asiens. Er ist groß und kräftig. Er ist von Natur scheu; aber von Hungersnot getrieben ist er sehr schlau und frech. Viele Lämmer sind jedes Jahr Beute der gierigen Wölfe. Auch Pferden und Stieren sind Wölfe oft gefährlich.

Ex omnibus animalibus, quae nobiscum degunt,
longe fidelissimum est canis.

Permulta sunt canum genera; utilissima tamen
sunt canes venatici, pastorales et villatici.

Multae canis sunt virtutes. Quis enim furem
melius annuntiat quam canis latratu? Quis aman-
tior domini? Quis comes fidelior? Quis custos in-
corruptior? Quis excubitor vigilantior? Quis ulti-
or aut vindex constantior?

Vivunt canes plerumque ultra quindecim annos,
nisi rabie correpti aut alio casu oppressi pereant.
Rabies si canem invaserit, ne domino quidem
parcit.

Pugnasse adversus latrones canem pro domino
acepimus confectumque plagis a corpore non
recessisse volucres et feras abigentem.

Ab alio cane in Epiro agnitus est percussor
domini, laniatique et latratu coactus fateri scelus.
Saepius canis domino mortuo aut interfecto
cibum capere noluit, inediaque consumptus est.

Accenso regis Lysimachi rogo canis illius inie-
cit se flammae: similiterque canis Hieronis regis.



Indiam petenti Alexandro Magno rex Albaniae
dono dederat canem inusitatae magnitudinis,
cuius specie delectatus Alexander iussit ursos,

DER HUND

Von allen Tieren, die mit uns zusammenleben, ist der Hund weitaus am treuesten.

Es gibt sehr viele Hunderassen; am nützlichsten sind jedoch die Jagd-, die Hirten- und die Hofhunde.

Der Hund hat viele gute Eigenschaften. Denn wer meldet den Dieb besser als der Hund durch sein Bellen? Wer liebt seinen Herrn mehr? Wer ist ein treuerer Begleiter? Wer beschützt ihn unbestechlicher? Wer bewacht ihn aufmerksamer? Wer rächt oder straft hartnäckiger?

Hunde leben meistens über fünfzehn Jahre, wenn sie nicht von Tollwut befallen werden oder einem Unfall erliegen und dadurch umkommen. Wenn Tollwut einen Hund befällt, verschont er nicht einmal mehr seinen Herrn.

Ein Hund soll einmal für seinen Herrn gegen Räuber gekämpft und, von Wunden erschöpft, die Leiche nicht verlassen, sondern Vögel und wilde Tiere verscheucht haben.

In Epirus erkannte ein anderer Hund den Mörder seines Herrn und zwang ihn durch Beißen und Bellen, das Verbrechen zu gestehen. Des Öfteren hat ein Hund, als sein Herr gestorben oder ermordet worden war, nichts mehr fressen wollen und kam durch Hunger um.

Als der Scheiterhaufen des Königs Lysimachos entzündet war, stürzte sich sein Hund in das Feuer, und ähnlich verhielt sich der Hund des Königs Hieron.

Der König von Albanien hatte Alexander dem Großen, als er nach Indien zog, einen Hund von ungewöhnlicher Größe geschenkt. Alexander freute sich über seinen Anblick

mox apros et deinde damas emitti; sed immobilis semper iacuit canis. Hac segnitia tanti corporis offensus rex eum interimi iussit. Nuntiavit hoc fama regi Albaniae. Itaque alterum mittens addidit mandatum, ne in parvis eum experiri vellet, sed in leone elephantove. Non distulit Alexander, leonemque fractum protinus vidit. Postea elephantum iussit induci, haud alio magis spectaculo laetatus. Canis enim horrentibus per totum corpus villis, ingenti primum latratu intonuit; mox increvit animus, assultabat contra beluam, exsurgens hinc et illinc, artifici dimicatione infestans atque evitans, donec affixit elephantum, ad casum eius tellure concussa.

Equus et generositate et utilitate omnibus animalibus praestat. Sunt enim equi ad rem militarem idonei, et ad vecturam, ad cursuram et ad agrum colendum adhiberi possunt.

Olim omnes equi fuerunt feri, et etiamnunc ferorum equorum greges in quibusdam terrae partibus reperiuntur. Hi gregatim campis inerant, et quia frugibus, non carnibus vescuntur, cum nullo bestiarum genere bellum gerunt nisi laccessiti. Laccessiti autem hostem aut spernunt aut fugant aut occidunt.

Equi facilime domari possunt. Equi Arabici longe celeberrimi sunt. Equi Britannici omnes fere alios velocitate superant, et ad equitandum maxime sunt idonei.

Gentes nonnullae et lacte et carne equorum vescuntur. Pilis quoque et corio equorum homines utuntur.

und ließ Bären, bald darauf Wildschweine und danach Rehe frei – aber der Hund blieb immer ruhig liegen. Der König ärgerte sich über diese Trägheit bei solcher Körpergröße und ließ ihn töten. Das hörte der König von Albanien. Er schickte einen anderen Hund und gab dazu den Rat, er solle ihn nicht an kleinen Tieren erproben, sondern an Löwen oder Elefanten. Alexander wartete nicht lange und sah den Löwen augenblicklich zerstückelt. Dann ließ er einen Elefanten auftreten und erlebte ein Schauspiel, das ihm wie kein zweites Freude machte. Das Fell sträubte sich nämlich dem Hund über den ganzen Körper, und zunächst bellte er ungeheuer laut; dann wuchs sein Mut, und er sprang gegen den Elefanten, bedrängte ihn von hier und von dort, griff ihn in geschicktem Kampf an und wich ihm wieder aus, bis er ihn zu Boden warf, dass die Erde bei seinem Fall erdröhnte.

DAS PFERD

Das Pferd übertrifft an edler Art und an Nutzen alle Tiere. Die Pferde eignen sich nämlich für das Kriegswesen und können für den Transport, für den schnellen Lauf und für den Ackerbau verwendet werden.

Vor langer Zeit waren alle Pferde wild, und heute noch findet man in manchen Erdteilen Herden wilder Pferde. Sie treiben sich herdenweise auf freiem Feld herum, und weil sie sich von Pflanzen, nicht von Fleisch ernähren, führen sie mit keiner Tierart Krieg, außer wenn sie gereizt sind. Im gereizten Zustand aber stoßen sie den Feind weg oder hetzen oder töten ihn.

Pferde können sehr leicht gezähmt werden. Die arabischen Pferde sind bei weitem am berühmtesten. Die englischen Pferde übertreffen fast alle anderen an Schnelligkeit und eignen sich am besten zum Reiten.

Manche Völker ernähren sich von Pferdemilch und Pferdefleisch. Auch vom Rosshaar und vom Fell der Pferde machen die Menschen Gebrauch.

VERA ET FICTA

Nuper magno strepitu e somno excitati sumus. Statim e domo in viam properavimus. Multae domus deletae erant; magnus tumultus erat in viis vici. Nonnulli metu perturbati clamabant: Hostes adsunt. Ego autem causam strepitus et excidii non ignorabam: Terrae motu domus deletae erant. Tectum domus vicinae in viam iactatum erat, ubique erant ruinae et incendium ortum erat. Itaque quae motu terrae deleta non erant, incendio deleta sunt. Magnus numerus domuum parvarum integer erat, sed domos magnas deletas videbamus. Rustici vel currus onerabant vel vacas et equos per vias agitabant. Varias res in curribus spectabamus; e domibus, quae adhuc integrae erant, incolae res etiam non necessarias apportabant. Cuncti e vico in agros properabant. Etiam nos fugae nos mandavimus, ut vitam servaremus. Utinam domus nostra integra esset! Fortasse in alieno vico novam domum aedificabimus; manibus nostris cunctas res, quae domui novae sunt necessariae, apportabimus. Iam multa oppida Italiae terrae motibus deletae iacent.

Erat Athenis ampla domus, sed infamis. Per silentium noctis sonus ferri et strepitus vinculorum reddebat; mox apparebat idolon, senex macie et squalore confectus, promissa barba, horrenti capillo; cruribus compedes, manibus catenas gerebat quatiebatque. Inde incolae tristes dirasque noctes